

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Homo c
cum fonte primo

Homo cum in honore esset non intellexit et cetera. In quo honore?
Habitabat in paradyso et in loco uoluptatis conuersatio eius.
Nichil molestie, nichil indigencie sentiebat, odoriferis stipatus malis,
fulcitus floribus, gloria et honore coronatus,
et constitutus super opera manuum plasmatoris;
magis autem ob insigne diuine similitudinis precellebat;
et erat illi sors ac societas cum plebe angelorum,
et cum omni militia caelestis exercitus.
Sed mutauit istam gloriam in similitudinem uituli comedentis fenum.

Bernardus super Cantica.

CUM IN HONORE ESSET (Psa. 48:13), inquit. «In quo honore?» quaeris.
Habitabat in paradiso, et in loco voluptatis conuersatio eius.
Nihil molestiae, nihil indigentiae sentiebat, odoriferis stipatus malis,
fulcitus floribus, gloria et honore coronatus,
et constitutus super opera manuum Plasmatoris;
magis autem ob insigne diuinae similitudinis praecellebat;
et erat illi sors et societas cum plebe angelorum
et cum omni militia caelestis exercitus.
Sed mutavit istam gloriam Dei in similitudinem vituli comedentis fenum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 35.3-4
(SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.251, ll.9-17).